UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Idea Theologiæ Moralis

Petrus <a Sancto Josepho>

Coloniæ, 1648

Prosphonema

urn:nbn:de:hbz:466:1-38935

Visual Library

PROSPHONEMA

Ad Clariſs. Virum D. Conſtantinum Munich Colonienſem Bibliopolam.

SIs felix Bojo Bene Conſtantine Monaco
Orte,& Agrippinis annumerate viris.
Hic te Romani Regina Colonia Rheni
Inter habet claros Bibliopola viros.
Jam tuus Europam typus illuſtravit,& audet
Trans Tarteſſiacos fortior ire ſinus:
Audet in occiduæ contendere littus Havanæ,
Qua Braſilus terris,notus Iberus aquis.
Ergo age fortunæ da carbaſa aperta ſecundæ,
Aſpiret cæptis aura beata tuis.
Et cito Bellonas adamantina vincula ſtringant
Ut tuus in toto commeet orbe typus.

Typographiæ VVoringeno-Hildenianæ
Corrector PETRVS HILDEN.

Ad eundem

EPIGRAMMA.

SIve Duce à magno ſive à virtute tenaci
CONSTANTIS certè nomen adepte viri,
In te,Te primum,tum nomen & omen honoro,
Non cedis duris:Optime,blanda teris.
En dirus totum dum Mars graſſatur in Orbem
Clade,metu,ſpoliis,ſanguine,cæde,fame.
Tu tamen æternæ cud is monumenta ſalutis
Diteſcitque tuis Theologia libris
Altera namque venit jam pars divina Joſephi
Ad metam ſtudio deproperata tuo,
Quid tibi nunc æther,quid præmI terra reponet
Hæc tibi ſe facilem præbeat,ille beet.

Typographiæ VVoringeno-Hildenianæ
Lector JOANNES VVORINGEN.

FACUL-